



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

3. Vtrum per huiusmodi sanctificationem fuerit sibi sub latus totaliter
fomes peccati.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

littera contextum, consequentia tenet, quia a negatione sanctificationis anterioris cum sua ratione, quia scilicet contraxit peccatum originale, inferitur quod fuerit sanctificata post animationem. Et clare patet quod sequela haec est efficax, quoniam impossibile est in uno eodemque instanti contrahere peccatum originale, & sanctificari ab illo.

Stat ergo littera solida, quamvis non sollicita de illa media opinione, tunc inopinabili. Quae hodie mulieribus, uulgo, affectuque nonnullorum pio, multorum autem industriae quaestu cogenitur in praualuit, ut doctrinae sanctiorum estimata pietas praefertur, & quod in communi asseritur, in his scilicet, quae credenda sunt sanctos magis esse antiquos doctores, quam modernos, in hoc particulari post haberetur, dum moderati antiquis, & non sancti sanctis praeferruntur. Testatur autem erratius hic processus, similes esse istos peccandibus ex ignorantia electionis, dum in uniuersali scientes, applicando ad particulare, ab uniuersali declinant. Verum opinio ista mendax, quamvis noua, quamvis aliena a doctrina antiquorum doctorum, & a doctrina sanctorum communitur, quia tamen nihil contra fidem sustinet, & Apostolica sedes decreuit donec fuerit decisum abique haereticis criminisque labe, utramque contradictionis partem teneri posse, unaqueque provincia in suo sensu abundet, modo prompta sit Ecclesiae sanctae definitioni subesse.

¶ Scripsimus de hac materia tractatum quendam ad Leonem X. Pontif. Max. qui uiuit, & regnat: & ideo sit hic monuisse omnes de re hac discentes, aut praedicantes, ut meminerint se non de fidei necessariis, sed de probabilibus tractare: neutra siquidem pars fidei documentis aduersatur. Nam si tenetur beatam Virginem contraxisse originale peccatum (ut sancti, & antiqui doctores tenent) ista omnia consona inueniri. Si autem tenetur beatam Virginem non ex utriusque conceptionis, sed ex gratia singularissima in ipso instanti infusionis animae, in ipsa illi animae praeseruatam ab originali peccato, quod tunc incurrisset, nisi illa gratia affuisset, nihil contra fidem tenetur, sed specialis modus redimendi ac saluandi a peccato originali, Christo attribuitur respectu suae matris. sic enim ipsa beata Virgo indigit redimi, & saluari a peccato per Christum, quoniam ipsa tunc incurrisset peccatum, nisi munus gratiae praesentis non tempore, sed natura affuisset. Et ita puritas eius fuit maxima sub Christo, qui nullo modo indiget redimi, qui ex utriusque conceptionis fuit sanctus. Fuitque in beata Virgine quod animale est prius natura non tempore, quam quod spirituale est: quoniam infusio gratiae in ipsius anima supponit productionem animae, quamvis, ut dictum est, praesentiat peccati maculam, quae tunc incurrenda erat nisi gratia illam impedisset: probabilis profecto opinio, nisi sanctorum antiquorum auctoritas obstaret, longe probabilior reddens contrariam positionem.

Super Quaestione vigesima septima Articulum tertium.

Tertius clarus recolentibus fomitis rationem ex dictis in praecedentibus: est enim fomes appetitus sensitiui deordi-

natio ex subtractione originalis iustitiae destituti, quia deordinatione caro concupiscit a diuersis spiritum.

¶ In corpore art. duo sunt primo, recitantur quatuor opiniones circa quaestum, deinde singulae examinantur, & sola quarta approbatur, sicque respondetur quaesito.

ARTICVLVS III.

Utrum per sanctificationem fuerit beata Virgine fomes totaliter sublati.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod beata Virgo non fuerit emundata ab infectione fomitis. Sicut enim poena originalis peccati est fomes, qui consistit in inferiorum virium rebellionem ad rationem, ita etiam poena originalis peccati est mors, & ceterae poenaltates corporales. sed beata Virgo fuit subiecta huiusmodi poenaltatibus. ergo etiam fomes ab ea totaliter remotus non fuit.

¶ 2 Præterea ad Corinthios 12. dicitur, Virtus in infirmitate perficitur, & loquitur ibi de infirmitate fomitis, secundum quam patiebatur stimulum carnis: sed nihil, quod pertinet ad perfectionem virtutis, fuit beatae Virgini subtrahendum. ergo non fuit beatae Virgini totaliter subtrahendus fomes.

¶ 3 Præterea Damascenus * dicit, quod in beatam Virginem superuenit Spiritus sanctus purgans eam ante conceptionem filij Dei, quod non potest intelligi nisi de purgatione

rationem in appetitu. est inquam inclinatus ad malum, vel difficultat in bono.

¶ Circa hanc rationem duo sunt dubia, alterum commune, qualiter fomes sit in ordinata concupiscentia habitualis, cum nullus sit habitus malus in prole, quia nec acquisitus, nec infusus: alterum proprium huic intento: quia haec ratio non uidetur efficax, quoniam inordinata concupiscentia (ut littera testatur) habet duos effectus sub disunctione, uel inclinatione ad malum, uel difficultate ad bonum: & positio contraria dicit, quod fomes manet cum ipso tantum istorum effectuum. Auctor autem ex positione causae habentis plures effectus, scilicet inordinata concupiscentiae naturae habere utrumque dictorum effectuum, infert positionem utriusque effectus, quod constat non licere ex 2. Polit. sed e conuerso: ex quolibet enim effectu communis causae potest inferri causa, sed ex positione communis causae non potest inferri determinate iste effectus, ut in littera fit, dum ex inordinata concupiscentia inferuntur pronitas ad malum, & non solum difficultas ad bonum, quam opinio illa ponebat.

¶ Ad primum dubium dicitur, quod concupiscentia habitualis dicitur non quia sit habitus, sed quia est priuatio habitus: priuatio enim ad genus sui oppositi spectat: non homo enim ad intellectum, & non album ad qualem reducit, est siquidem appetitus sensitiuus humanus priuatus gratia habituali originalis iustitiae, qua promptus suberat rationis ordini: destitutus siquidem tali dono dicitur concupiscentia inordinata habitualis: quia sic est etiam si nihil actualiter concupiscat.

¶ Ad secundum dubium dicitur dupliciter, Primo quod doctrina Aristot. loquitur de causa communi ad disparatos effectus, non autem de causa communi effectuum mutuo se inferentium, quales sunt isti. Nam pronitas ad malum difficilem facit ad bonum, & difficultas ad bonum, pronum monstrat animum ad

¶ Quo ad primum opiniones patent, prima quod totaliter ablati: secunda quod ablati, quantum ad pronitatem in malum, non autem quantum ad difficultatem in bonum: tertia, quod ablati quantum ad personam, non quantum ad naturam: quarta quod remanet secundum essentiam ligatus quo ad actum.

Et haec quarta uideatur coincidere cum secunda opinione posita a Magistro sent. in 3. dist. tertij sent. Duas tantum ibi ponit, scilicet primam & quartam sub alijs uerbis, uide ibi.

¶ Quo ad secundum, examinatur primo secunda opinio dicens, quod fomes remanet quo ad difficultatem ad bonum, sed non quo ad pronitatem ad malum. Contra quam obijciuntur sic, Fomes est inordinata habitualis concupiscentia appetitus sensitiui, & inordinatio haec attenditur penes repugnantiam ad rationem, ergo potest quod remanet, & non in quantum inclinatur ad malum, est ponere duo opposita. Et tenet sequela, quia repugnantia ad

3. dist. 3. q. 1. artic. 2. & ibidem in expositione pra. par. text. Et opu. 3. c. 231.

Lib. 4. ethic. sic. 13.

Censura

prohibita

ad malum, nisi enim animus inclinaretur ad contrarium bono rationis, non esset difficilis ad bonum: sicut si corpus non inclinaretur ad motum deorsum, non difficultaretur ad ascendendum. Et similiter ex hoc, quod inclinatur ad bonum sensibile contrarium bono rationis, provent quod difficultaretur ad motum secundum rationem in bonum. Nullus ergo error, nulla debilitas in processu hoc literę est, secundo dici potest, quod licet ex positione cause communis non possit determinate inferri positio alterius determinate effectus, vel positio utriusque simul, potest tamen inferri potentia ad alterum determinate, & ad utrumque simul, quia ex hoc ipso quod causa communis est utriusque, ut per hoc licet Auctori ex hoc, quod fomes est concupiscentia contraria rationi habitualiter inferre, quod fomes necessario est inclinatus ad malum & difficultatius in bono, & non inult quod actualiter inclinaret ad malum: ipsa siquidem inordinatio, quia rationi contraria, sonat pronitatem ad malum non actualem, sed habituales, ut declaratum est. Et propterea recte illatum est, quod duo simul ponuntur contraria, dum ponitur fomes & negatur habitualis pronitas ad malum, quia ipsa inordinata concupiscentia est pronitas ad malum, quia est contraria rationi. Et hac responsio magis literam assequitur.

636. 1011. 7.

Examinatur deinde tertia opinio, dicens fomitem remansisse quantum ad corruptionem naturę, non quantum ad corruptionem personę. Contra hanc in litera similiter proceditur, quod ponat duo opposita simul, arguendo sic, Fomes ut corruptio naturę est libido transmittens peccatum in prolem: libido autem est corruptio naturę inferri seipsum, ut corruptionem personę. Antecedens est August. Altera propositio accipitur, ut per se nota, quia aut est sermo de libidine actuali, & habetur intentum, quia hæc non comparatur liberum rationis usum: sed de hac non est sermo, quia quantumcumque parentes abique delectatione coirent, proles conciperetur in peccato originali. Si autem est sermo de libidine habituali, ut in veritate est sermo de illa, constat, quod ipsa non nisi habitualis est concupiscentia inordinata, quam declaravimus. Consequenter autem est per se evidens, quia inordinata concupiscentia, ideo inordinata est, quia contraria rationi habentis illam, ac per hoc ad personale malum habentis illam spectat. Quia igitur inordinata habitualis concupiscentia est ex eadem ratione, & contraria rationi habentis illam & ex qua transmittitur originale peccatum in prolem, non potest secundum unam & eandem rationem separari a seipsa ut maneat in seipsa, & non maneat, quicquid sit de effectibus.

Post hæc exclusis secunda & tertia opinionibus, inferitur prima, aut quartam asserendam. Et examinatur prima, declarando primo, quomodo potest intelligi ista positio, & satis plane patet litera quo ad hoc, exemplo Christi & Adę. Muniendo se-

afomite, nam peccatum non fecit, ut Aug. j dicit in li. de Natura, & gratia ergo per sanctificationem in utero, non fuit liberę mundata a fomite.

SED CONTRA est, quod dicitur Cant. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Fomes autem ad maculam pertinet, saltem carnis, ergo in beata Virgine fomes non fuit.

RESPON. Dicendum, quod circa hoc sunt diversę opiniones. Quidam enim dixerunt, quod in ipsa sanctificatione beate Virginis, qua fuit sanctificata in utero, totaliter fuit ei fomes subtractus. Quidam vero dicunt, quod remanet fomes quantum ad hoc, quod facit difficultatem ad bonum, sublatus tamen fuit quantum ad hoc, quod facit pronitatem ad malum. Alij vero dixerunt, quod sublatus fuit fomes, in quantum pertinet ad corruptionem personę, prout impellit ad malum, & difficultatem facit ad bonum, remansit tamę in quantum pertinet ad corruptionem naturę, prout scilicet est causa traducendi originale peccatum in prolem. Alij vero dicunt, quod in prima sanctificatione remansit fomes secundum essentiam, sed ligatus, in ipsa autem conceptione filij Dei fuit totaliter sublatus.

Ad horum autem intellectu oportet considerare, quod fomes nihil est aliud, quam inordinata

secundo hanc opinionem, quia spectat ad dignitatem beate Virginis obiciendo tertio contra illam, quia derogat dignitati Christi, quia prima caro sancta debuit esse caro Christi. Afferunt autem in litera ratio talis. Abique virtute Christi nullus a prima damnatione liberatur, ergo ante incarnationem Christi nullus

secundum carnem debuit a prima damnatione liberari. Consequenter probatur, quia in Christi carne debuit primo apparere immunitas a damnatione. Et confirmatur a simili, de immortalitate carnis.

Aduerte hic quod Auctor posito antecedente, aduersariam apponit adiuuantem consequentiam, dicens: & quamuis per spirituales fides Christi aliqui sint secundum spiritum ab illa damnatione ante Christi incarnationem liberati, tamen, &c. Vbi ex dissimili effectu salutis carnis & spiritualis a Christo, dum causam tangit, scilicet secundum spiritum & secundum carnem, consequentiam probat. Consequentiam quippe rationi est, ut sicut salus spiritus per spirituales modum fit (per fidem scilicet, quæ est etiam futurorum) ita salus carnis carnaliter quoque fiat, ac per hoc a prima carne sancta suscipitur, qualis est proculdubio secundum omnes sola Christi caro, de qua sola scriptum est, Quod ex te nascetur sanctum, videre etiam potes quam consona ratio allata sit, tum, ut primum in unoquoque genere sit causa aliorum, tum, ut principium, & consummatio rei respondeant sibi, salus carnis consumatur per immortalitatem, inchoatur per sanctitatem eiusdem carnis. Et quia constat primam carnem immortalem fuisse carnem Christi (quia ipse est primogenitus mortuorum) consonum est, ut eius caro fuerit etiam prima caro sancta: sanctitas autem carnis penes munditiam, seu immunitatem a fomite, qui lex carnis dicitur, attenditur, non igitur inuenta est caro sine fomite ante Christi carnem, si primus locus Christo reseruat est, sicut reseruari decuit. Et memento lector, ut in istiusmodi questionibus non queras rationes mathematicas: indisciplinati enim est ingenij, querere similem in omni materia consuetudinem, rationabilem hic sufficit inferre conclusionem.

Restat ergo ut dicamus, quod vel totaliter fomes fuerit ab ea sublatus p primam sanctificationem, vel quod remanserit ligatus. Possit enim intelligi, quod totaliter fuerit sublatus fomes hoc modo, quod præstitum fuerit beate Virginis

quod remansit fomes secundum essentiam ligatus quo ad exercitium seu operationem usque ad conceptionem filij Dei, in qua fuit totaliter sublatus; Secundo declarat modum quo ligatus fuit, ubi tres modos tangit, scilicet per dominium liberi arbitrij, per gratiam habituales, per diuinę providentię assistentiã. Et primum modum excludit eadem ratione, quia privilegium similiter Christi est utrum liberi arbitrij in materno utero haberet. Secundum modum approbat, quem declarauerat examinando primam opinionem ultimo improbatam: tertium autem modum magnificat. Tertio declarat ultimam conclusionis partem, tum quia in conceptione Christi iam apparuit immunitas primo in carne Christi, ac per hoc abique ulla derogatione prius legiorum

legiorum Christi, dignitas matris tunc poni potest, ut gratiam haberit totaliter auferentem fomitem, tum quia figurate aucto- ritas Ezech. fuerit.

¶ Circa primum modum uinculi quo ligatur fomes, scilicet per imperium liberi arbitrij, pro quanto dicitur Christi priuilegiu, scilicet, quod dupliciter contingit haberi uisum liberi arbitrij in materno utero. Primo, ab initio conceptionis, seu infusionis anime, & deinceps feruere, & hoc est priuilegium Christi, & hoc negatur cuiquam alteri concessum. Et per hac negationem sufficienter probatur fomitem in beata Virgine non esse ligatum per liberum arbitrium, quia fomitem ab initio habuit & continet liberi arbitrij uisum non habuit ab initio, & deinceps, quia hoc est Christi priuilegium. Secundo, contingit ex speciali gratia ad aliquem actum, ut de Ioanne Baptista potest credi quod exultauit in gaudio infans in utero; gaudere enim motus est appetitus partis, & gaudere de spiritualibus motus est appetitus superioris, qui uocatur uoluntas; constat autem Ioannis gaudium non de re sensibili, sed de Christi aduentu fuisse, & exultauit in gaudio: uerum post actum illum Ioannes sanctus perseruauit, licet non cum usu liberi arbitrij. Sicut & miraculose quandoque legitur praestitum usum loquendi ad aliquem actum aliquibus infantibus, qui tamen necessabant propterea postea loqui, sed erat sicut alii infantes, ut patet in gestis Apostolorum Simonis, & Iudae, & Faustini, Simplicii, & Beatrixis.

¶ Circa magnificationem tertii modi, quo fomes ligatus perfectius ponitur per diuinam prouidentiam, aduerte, quod dupliciter exponi potest illud comparatum, perfectius. Primo, ut deponet solam additionem maioris perfectionis, ita quod perfectioni interiori super additur perfectio ab exteriori prohibete, sicut si diceremus quod fons aquae est frigidus ab intrinseca qualitate, & perfectius ab extrinseco concauo monte prohibente solum calefacientem. Et hic sensus caret scrupulo, quonia con-

stat fomitem perfectius ligari ex gratia intrinseca, & prouidentia extrinseca prohibente inordinationem fieri, quam ex gratia intrinseca tantum. Alio modo potest exponi, ut comparationem faciat ad secundum modum uinculi, ut sit sensus,

¶ fomes perfectius ligabatur per diuinam prouidentiam, quam per interiorum sanctificationem: & hic sensus non caret ambiguitate, quoniam efficacius ac nobiliter refrenatur inclinatio interior ab intus, quam ab extra, fomes autem interior, quaedam est inclinatio aduersus rationem. Sed si diligentius perpexerimus, inueniemus op-

postum: aliud quippe est loqui de fomite in seipso, & aliud de actibus eius. Fomes ipse, cum inclinatio habitualis sit, optime ac propriissime per habitum curatur ac tollitur: sed actus ipse cum praeter, ac contra infusum habitum exerceri possit ex ipsa habituali inclinatione impellente, requirit ad hoc ut inobliquabilis sit manente interiori inclinatione, ad exteriorum curam, quae ad ea, quae intus, & ad ea quae extra sunt, se efficacissime extendat. Et propterea manente in beata Virgine fomite (ut supponitur) efficacius retentum actum ipsius ponitur diuina prouidentia ad interiora, & exteriora se extendens infallibiliter, quam gratia interioris sanctitatis non tollens tamen fomitem, quia huiusmodi gratia reliquit locum actuali usui praeter gratiam, ut patet in Io. Bapt. Hieremia, & Apostolis confirmatis uirtute ex act.

Et quamuis nobiliter esset simpliciter ab intrinseco non posse exorbitare, quam ab extrinseco, non est tamen nobiliter iter possibile in tali statu, si manentis fomitis. Et loquitur de possibili in diuinam sapientiam suauiter omnia disponentem, quae uocatur potentia ordinata. Ligatus est ergo beatae Virginis fomes usque ad conceptionem filij, & per gratiam sanctificationis relinquentis fomitem essentiam, & dominantem exercitio (ut habitualis gratia uiatorum praesidere consistit subiecto ne exorbitet in actu) & per diuinam prouidentiam perfectus, ut plene, ac infallibiliter praesidente, ne actus exorbitet. Et haec expositio est tanto auctore dignior, quanto subilior, & diuersitatem in littera postam modorum ligandi, & comparationem proprie penetrat, & ab ipso auctore in sequenti articulo in responsione ad primum haberi potest.

¶ Super Questionis 27. Articulum quartum. Titulus clarus est. ¶ In corpore unica est conclusio responsus quaerit. Simpliciter

¶ fomes perfectius ligabatur per diuinam prouidentiam, quam per interiorum sanctificationem: & hic sensus non caret ambiguitate, quoniam efficacius ac nobiliter refrenatur inclinatio interior ab intus, quam ab extra, fomes autem interior, quaedam est inclinatio aduersus rationem. Sed si diligentius perpexerimus, inueniemus op-

postum: aliud quippe est loqui de fomite in seipso, & aliud de actibus eius. Fomes ipse, cum inclinatio habitualis sit, optime ac propriissime per habitum curatur ac tollitur: sed actus ipse cum praeter, ac contra infusum habitum exerceri possit ex ipsa habituali inclinatione impellente, requirit ad hoc ut inobliquabilis sit manente interiori inclinatione, ad exteriorum curam, quae ad ea, quae intus, & ad ea quae extra sunt, se efficacissime extendat. Et propterea manente in beata Virgine fomite (ut supponitur) efficacius retentum actum ipsius ponitur diuina prouidentia ad interiora, & exteriora se extendens infallibiliter, quam gratia interioris sanctitatis non tollens tamen fomitem, quia huiusmodi gratia reliquit locum actuali usui praeter gratiam, ut patet in Io. Bapt. Hieremia, & Apostolis confirmatis uirtute ex act.

Et quamuis nobiliter esset simpliciter ab intrinseco non posse exorbitare, quam ab extrinseco, non est tamen nobiliter iter possibile in tali statu, si manentis fomitis. Et loquitur de possibili in diuinam sapientiam suauiter omnia disponentem, quae uocatur potentia ordinata. Ligatus est ergo beatae Virginis fomes usque ad conceptionem filij, & per gratiam sanctificationis relinquentis fomitem essentiam, & dominantem exercitio (ut habitualis gratia uiatorum praesidere consistit subiecto ne exorbitet in actu) & per diuinam prouidentiam perfectus, ut plene, ac infallibiliter praesidente, ne actus exorbitet. Et haec expositio est tanto auctore dignior, quanto subilior, & diuersitatem in littera postam modorum ligandi, & comparationem proprie penetrat, & ab ipso auctore in sequenti articulo in responsione ad primum haberi potest.

¶ Super Questionis 27. Articulum quartum. Titulus clarus est. ¶ In corpore unica est conclusio responsus quaerit. Simpliciter

¶ Super Questionis 27. Articulum quartum. Titulus clarus est. ¶ In corpore unica est conclusio responsus quaerit. Simpliciter

¶ Super Questionis 27. Articulum quartum. Titulus clarus est. ¶ In corpore unica est conclusio responsus quaerit. Simpliciter

ca. 6. par. 3. a med.

ca. 6. par. 3. a med.

b 15. art.

ca. 6.